HONORIUS AUGUSTODUNENSIS. GLOSSARIUM VETERIS ET NOVI TESTAMENTI
2. Hälfte 12. Jh. Seite 5v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36558
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



regionibus India.

tiis uescunt. India habet xl. uii. regiones. pplos multos
gr manos orestas coatras. quorum silue tangunt ethera.
In montanis pigmeos duorum cubitorum homines. quibus bel
lum est contra grues. qui tercio anno pariunt. viii. senes
cunt. apud hos crescit piper. colore quidem albo. sed cum ipsi
serpentes qui ibi abundant flamma fugant. nigrum
colorem trahit de incendio. Item macrobios xii. cubitorum
longos qui bellant contra griphes. Qui corpora leo
num. alas et ungulas preferunt aquilarum. Item agroctas et
bragmanos. qui se ultro inigne mittunt amore alteri
us uite. Sunt alii qui parentes iam senio confectos
mactant. et eorum carnes ad epulandum parant. isque im
pius iudicatur. qui hoc facere abnegat. Sunt alii qui
pisces ita crudos edunt. et salsum mare bibunt. Sunt
ibi et quedam monstra que quidam hominibus quidam as
cribunt bestiis. ut sunt hi qui auersas habent plantas.
simul xvi.
et octonos in pedibus digitos. et alii qui habent canina
capita. et ungues aduncos. quibus est uestis pellis pecudum. et uox
latratus canum. Ibi et iam quedam matres semel pariunt.
canos partus edunt. qui in senectute nigrescunt.
et longa nostre etatis tempora excedunt. Sunt alie que quin
quies pariunt. sed partus octauum non excedunt. Ibi sunt
et monoculi. qui et arimaspi et cyclopes sunt. et scenopo
de qui uno tantum fulti pede. auram cursu uincunt.
et in terram positi umbram sibi planta pedis erecta faciunt.
Sunt alii absque capite. quibus sunt oculi. in humeris. pna
su et ore duo foramina in pectore. setas habent ut
bestie. Sunt alii iuxta fontem gangis fluuii. qui solo o
dore cuiusdam pomi uiuunt. qui si longius eunt pomum
secum fertur. moriuntur enim si prauum odorem trahunt.
Sunt ibi serpentes tam uasti. ut ceruos deuorent. et ip
sum et iam oceanum transnatent. Ibi est et bestia ceucocrota